

Q.K. 367, 47.

230

DE

ILLVSTRIORIBVS QVIBVSDAM
ANIMI VITAEQVE NOTIS

In
416

IN

CAIO IVLIO CAESARE

DEPREHENSIS

PRAESIDE

M. THEOPHILO GRABENERO

ILLVSTRIS AFRANEI RECTORE

PRIDIE NON. DECEMBR. 800CCXXXVIII

HORIS ANTEMERIDIANIS


PUBLICE INTER SE DISCEPTABVNT
IOBVS CHRISTIANVS DE BOMSDORF

ET

IOANNES CAROLVS SIGISMUNDVS
DE BERBISDORF

MISENAE

Imprimebat Ivstvs GOTHOFRDVS LOEWIVS



DE ILLVSTRIORIBVS QVIBVSDAM ANIMI VITAEQVE

DE
ILLVSTRIORIBVS QVIBVS-
DAM ANIMI VITAEQVE NOTIS
IN CAIO IVLIO CAESARE
DEPREHENSIS.

I.

C. Iulum Caesarem, ut Romanae Reipubli-
cae principatum affectaret, ambitio sua
inauxit, aduersariorum obtrectatio impulit, for-
tuna permouit. Ita Senatus Romanus suum ius,
quod, parumper cedendo, tueri poterat, perti-
naciter tuendo perdidit.

§. I.

De notis animi ac uitae C. IVLII CAESARIS aliqua
mitius, temporum uitio, uidentur exposuisse
VELLEIVS PATERCVLVS, et L. ANNAEVS
FLORVS, iniquius aliqua, et ex calumniis obtrecta-
torum, C. SVETONIVS TRANQVILLVS, et
M. TVLLIVS CICERO. Illud autem uere existi-
mamus, eluxisse ambitionem eius (α) *in funebri laudatione*, qua *Iuliam*, amitam, pro rostris prosecutus, materni generis originem ad reges, paterni
ad Deos, retulit, (β) *in quaestura*, quum *Gadibus*,
ALEXANDRI M. effigie conspecta, ignauiam
suam cum gemitu accusauit, quod nihil dum a se
memorabile actum esset ea aetate, qua ALEXAN-
DER terrarum orbem subegisset, (γ) *in aedilitate*,
quum magnificentissima opera solus moliretur, et
splendidissima munera, inconsulto collega, ederet,
(δ) *in praetura*, quum multum, et cum salutis pe-
riculo, obluctaretur consului sententiae, (ϵ) *in con-
sulatu primo*, quum ex arbitrio solus, insalutato
col-

HIST. ROM. lib. II,
cap. XLVIII. sqq.
RER. ROM. lib. III,
cap. II.

In uita C. IVLII
CÆSARI. OFF. I. III.
c. XXI. et passim
alibi

SVETONIVS I. c.
cap. VI.

I. c. cap. VII.

I. c. cap. X.

I. c. cap. XIII, XV
xvi, xvii.

I. c. c. XVIII, XX.

NOTIS IN CAIO IULIO CAESARE DEPREHENSIS.

3

collega, egit omnia, spretis etiam auspiciis, patrumque sententiis. (§) in provincia, quum ne in SVETONIVS l. c. iusti quidem belli occasione abstineret, nec dece- C. XXIII. XXVIII.
dere illa, et exercitu, uellet. (¶) in ambitu crebro, L. c. cap. x. xi.
et profusissimis largitionibus, quibus auram po- XIII., XXI. XXVI.
pularem, et potentiorum suffragia, emebat (¶) in XXVII., XXVIII.
uoce, quae frequens in eius ore fuisse dicitur, nisi l. c. cap. XXX.
ea Ciceronis calumnia est : *Si uiolandum est ius,*
uiolandum est regnandi gratia.

§. 2.

Obtrectabant potissimum crescenti *Caesaris* poten- L. c. cap. XXIII.,
tiae L. ANTISTIVS, tribunus plebis, C. MEM- XXIII.
MIVS, L. DOMITIVS, praetores, postulaturi eum
magnae licentiae, maleque usurpatae potestatis, in L. c. cap. XXVIII.
primo consulatu, M. CLAVDIVS MARCELLVS
et LENTVLVS, Consules, qui, ut ei ante tempus
succederetur, ut exercitum ipse dimittere iubere-
tur, denique ne ratio absentis in comitius haberetur,
scd eius priuilegia rescinderentur, ad senatum retu-
lerunt, CN. POMPEIVS cum uniuerso senatu,
qui MARCELLI, LENTVLisque, sententiae ac- VELLEIVS PA-
cesserat, et, ut in hostem, deereuerat, CATO in TERCVLVS HIST.
primis, qui, moriendum ante, quam ullam condi- ROM. libr. II.
tionem *Caesaris* accipiendam reipublicae, cap. XLVIII.
contendebat. L. ANN. FLORVS
RER. ROM. I. III.
cap. II, §. 15. sqq.

§. 3.

Jacta alea, quum *Rubiconem* transiisset cum exercitu SVETONIVS l. c.
Caesar, insignem militum fidem, ac paene inaudi- C. LXVIII. XXXIII.
tam constantiam, expertus est, qua fretus, *Roman* XXXV., LXXXVIII.
primum, et *Italian*, occupauit, tum in *Hispania* VELLEIVS PA-
uallidissimas *Pompeii* copias sub tribus legatis, TERCVLVS HIST.
M. PETREIO, L. AFRANIO, M. VARRONE, ROM. libr. II. C. L.,
fregit, *Massiliam* domuit, POMPEIVM in *Mace-* LI, LII, LIII, LIII.
do- LV, LYI

(2)

4 DE ILLVSTRIORIBVS QVIBVSDAM ANIMI VITAEQVE

FLORVS l.c. c. II.

§. 19. sqq.

doniam persecutus, per quatuor fere menses obse-
dit, elapsum *Pharsalico* praelio fudit, fugientemque
sectatus, *Aegypti* regnum, *Syriam*, *Pontum*,
subigit, SCIPIONEM ac IVBAM in Africa,
POMPEII liberos in *Hispania*, debellauit, con-
fectisque feliciter bellis, *Roman* uictor reuersus,
quinquies triumphauit, plausu populi, et honorifi-
cientissimis appellationibus, exceptus, a senatu
autem summis honoribus ornatus. Tot fortunae
blanditiis delinitum quis miretur augustius ceteris
ciuibus fastigium affectasse?

§. 4.

L.c. cap. xxviii.

Vere dixerit VELLEIUS, an secus, *nihil a Caesarere-
lictum, quod seruandae pacis caussa tentari pos-
set, nihil a Pompeianis receptum*, haud in magno
discrimine ponemus. Illud quidem, ueterum mon-
umentorum fide nixi, uere dicimus, CAESAREM,
quam obstinatus omnia contra se agi intelligeret,
literis esse Senatum deprecatum, *ne beneficium
populi adimeretur sibi*, tum uero etiam pollici-
tum, ab exercitu et prouincia se discessurum, si
ceteri quoque imperatores, POMPEIVS maxime,
quem suae dignitati infensissimum habebat, ab
exercitibus discessissent. Qua in re si de suo iure
quicquam senatus concessisset, spes poterat esse,
fore, ut bellum ciuale, et quae ex eo nata reipublicae
mala sunt, uitarentur.

II.

Nec uero corona laurea, candida fascia praeliga-
ta, statuae CAESARIS inter immodicas ac nouas
populi acclamations, feriis Latinis, imposta,
nec plebis, regem eum salutantis, uox, nec admo-
tum saepe capiti eius ab ANTONIO, quamuis
consule, pro rostris diadema, sed ius armis acqui-
sิตum,

NOTIS IN CAIO IVLIO CAESARE DEPREHENSIS.

situm, Romanae Reipublicae principatum ei
asseruit.

§. 1.

Quidam e turba, isque suopte, non publico, consilio,
haud dubie adulandi caussa, coronam illam statuae
CAESARIS imposuerat. Tribuni plebis, EPIDIVS
MARVLLVS, et CAESETIVS FLAVIVS, dum
coronae fasciam detrahi, et adulatorem in vincula
duci, iusserunt, aperte significarunt, nihil ab eo
publica auctoritate factum esse. Nouae illae ac
immodicæ populi acclamations uel gratulantium
fuerunt, uel adulantium, non suffragia iustis comi-
tius lata.

SVETONIVS I. C.
cap. LXXVIII.

§. 2.

Vox plebis nec curiatim, nec tributim, nec centuria-
tim, rogatione facta, patribus auctoribus, collecta,
adeoque plebis scitum, aut lex, non fuit, qua Sena-
tus teneretur, sed tumultuaria hominum, impoten-
tium sui, acclamatio, quae nullum CAESARI ius
regni daret. Quod ipse *Caesar* agnouit facile,
quippe qui his uerbis adulantium fuorem com-
pressit : *Caesarem se, non regem, esse.*

SVETONIVS I. C.
cap. LXXVIII.

§. 3.

M. ANTONIVS, tametsi consul esset, nulla patrum auctoritate, nulla rogatione ad populum lata, adeo- que priuato ausu, id fecit, eoque multorum in se, et *Caesarem*, odia concitauit. Erat autem tum collega CAESARIS in consulatu, adulator abiectissimus, inhians eius haereditati, captans audiissime gra- tiam eius, sed sui commodi caussa.

VELLEIVS LIBR. II.

C. LXI. ET LX.

FLORVL C. §. 91.

ET C. III. ET III.

§. 4.

Armorum ui extiterat superior, aduersaeque partis omnes iure bellis ubegerauit. Qui uitam igitur illi, et securitatem, debebant, debebant etiam imperanti obsequium, qua quippe conditione uictos a fetro

VELLEIVS HIST.

ROM. I. II. C. LVI,

LVII.

X 3

in-

6 DE ILLVSTRIORIBVS QVIBVS DAMANIMI VITAEQVE

FLORVS libr. III
cap. II, §. 90.
SVETONIVS l. c.
cap. LXXV.

intactos seruarat. Seruarat autem, praeter AFRA-
NIVM et FAVSTUM SVLLAM, praeliis supersti-
tes omnes, ignoscens quippe omnibus, qui contrase-
arma tulerant. Itaque haud incongrue HIRTIVS
et PANSA monuerunt CAESAREM, ut principa-
tum armis quae situm armis teneret.

III.

Fuit igitur illi certum ius, fuit potestas non in-
uidenda, sumendi consulatus continui, dictatu-
rae perpetuae, praefecturae morum, praenomi-
nis imperatoris, cognominis patris patriae, sta-
tuae inter reges, suggestus in orchestra, constitu-
endorum et mutandorum, quos uellet, magistra-
tum, quin et dicendi, quod fertur dixisse :
*Nihil esse Rempublicam, appellationem modo sine
corpo ac specie. Debere homines consideratius
loqui secum, ac pro legibus habere, quae dicat.*

§. 1.

SVETONIVS l. c.
cap. LXXVI.

Vitio id ea aetate CAESARI datum a Romanis
est, et acceptum inuidiosissime, ab hominibus quip-
pe imaginariae libertati assuetis, unius imperio ma-
xime inuidentibus. At enim uero quum belli iure
summam sibi in re publica potestatem acquisiu-
set CAESAR, et suo subieccisset imperio ciues, suo
quippe, CAESARIS, beneficio uitam tuentes, ab ar-
bitrio CAESARIS pendebat ordinandae reipubli-
cae ratio, officio boni patris patriae satisfacturi, si,
qua ratione securitati et suae, et publicae, consuli
optime posse iudicaret, ea rempublicam admini-
straret.

§. 2.

Nec enim est, quod quis praeter officium boni eius
egisse CAESAREM, ut qui priorem inuerterit rei-
publi-

publicae statum, criminetur. Hostis a senatu et ciuitate iudicatus CAESAR erat, hoc est omni ciuitatis iure priuatus, censusque, qui uiueret, indignus. Itaque, ipsius ciuitatis iudicio, non ciuis CAESAR, sed alienus, subiecit rempublicam, subiectam tenuit.

§. 3.

Quim autem sumiam rerum teneret belli iure, quis iure suo poterat ei ornamenta dignitatis regiae inuidere? Quis male dictum existimare, si uetera reipublicae iura crepantibus respondisset: *Nihil esse rempublicam, appellationem modo sine corpore ac specie?* Euanuerat enim prisca illa reipublicae forma, quum ad unius arbitrium omnia rediissent. Quis negare ausit, debuisse tum homines, non, ut cum ciue, familiarius, sed, ut cum ciuitatis principe, reuerentius loqui, ac pro legibus habere dicta imperantis?

FLORVS libr. III.
cap. II.SVETONIVS I. c.
cap. LXXVII.

III.

Fecit aliqua forte per arrogantiam imprudentius, plura perhumaniter ac perclmenter, nihil omnino tale, quod interfectores eius posset parcidii, laesaeque maiestatis, crimine absoluere.

§. 1.

Si ampliora sibi humano fastigio uiuus decerni passus est, si senatum uniuersum, adeuntem se cum honorificentissimis decretis, sedens superbius exceptit, id quidem illis temporibus et arrogantius fecit, et imprudentius. Pleraque autem horum quis non uidet, CAESARE, si non prohibente, non postulante certe ac probante, facta, uel per calumniam in peius rapta esse? Qui diadema, admotum capiti suo, repulit, qui plebi, *regem* se salutanti, CAESAREM se, non *regem*, esse respondit, niae ille maxime inuidiosa lubens admisisse non temere est censendus.

SVETONIVS I. c.
c. LXXVI, LXXVIII

FLORVS I. c. §. 91.

§. 2.

QA *Tn* *416* X 3931212
§ DE ILLVSTRIORIBVS QVIBVS DAM ANIMI VITAEQUE

VELLEIVS PA-
TERCVLVS lib. II.
cap. LVI,
FLORVS l. c. §. 90.
SVETONIVS l. c.
C. LXXXIII LXXXIII,
XXXV, XL.

SVETONIVS l. c.
c. XL, XLI, XLII,
XLIII, XLIII.

VELLEIVS PA-
TERCVLVS HIST.
ROM. I. II. C. LVII.
LVIII.
SVETONIVS l. c.
cap. LXXXIII.

§. 2.
Omnium uictor in urbem regressus ignouit omnibus, qui contra se arma tulerant, plerisque honores et dignitates pristinas restituit, aut nouas impertiuit. Si qua aduersus se grauius aut cogitata, aut dicta, fuerant, inhibere, quam ulcisci, maluit. Detectas coniurationes sibi notas esse, edicto ostendere satis habuit, et acerbius loquentibus, ne persecuerarent, pro concione denunciare. Si quid uellet a Senatu fieri, asperiore uocabulo usus nunquam est, quam: *Commendo uobis*. Haec, et sexcenta alia, insignis eius et humanitatis, et clementiae, argumenta sunt.

§. 3.
De ciuitate bene mereri studuit statum eius ordinando, fastos corrigendo, senatum supplendo, patricios allegendo, magistratuum numerum augendo, iudicia constituendo, colonias deducendo, creditoribus satisfaciendo, denique de ornanda instruendaque urbe, de amplificando tuendoque imperio, ea destinando, quae fidem ac industriam boni principis comprobarent.

§. 4.
Qui coniurarant in eius caedem, ab ipso fere scruti, et fortunis ac honoribus aucti erant. M. BRVTVS et C. CASSIVS CAESARIS beneficio praetores, D. BRVTVS consul eius anni designatus, et in secundis haeres a CAESARE scriptus erat. Nihil ab his senatus auctoritate, aut plebis scito, omnia priuato consilio, clandestinisque coniurationibus, quas iniuria accenderat, acta sunt. CAESAR, princeps haud dubie ciuitatis, dictator a Senatu populoque iussus, et consul, sacrosanctus, et supra istorum hominum arbitrium elatus, erat, nec criminis legitime postulatus, nec auditus, nec damnatus, ideoque nec lubitu eorum occidendum. Parricidae igitur fuerunt, et maiestatis rei, dignique exitu, quem habuerunt.

Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

DE
RIBVS QVIBVSDAM
TAEQVE NOTIS
IN
**DIVLIO
ESARE**
PREHENSIS
RAESIDE
ILO GRABENERO
AFRANEI RECTORE

DECEMBR. 80 IOCCXXXVIII
ANTEMERIDIANIS
IR SE DISCEPTABVNT
IANVS DE BOMSDORF

ET
ROLVS SIGISMVNDVS
ERBISDORF

MISENAE
TVS GOTHFREDVS LOEWIVS

BLIUTRECA
ENICKAVIANA

